

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quâ tractatur de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, ac Sacrificio
Missæ, ...

Bosco, Jean a

Lovanii, 1667

Concl. XXII. Ad licitè celebrandum requiritur calix, & patena, quæ debent
esse de auro, vel argento, vel ubi paupertas cogit, ad minus de stanno.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73377](#)

Sect. 5. De solem. Missa Sacrificii cerem. Concl. 22. 557

moralis & humano. Quis verò moraliter amplius crucem requirat, si crucem habeat in prospectu (licet non inter candelabra) ad quam & orare & incensare & quilibet circa illam officia exhibere possit? Hæc ille. Et hoc ergo tutum erit in praxi.

447. Omitto cetera convenienter requisita, ut pallium altaris, candelabra, & similia, superius per transennam ex Rubricis Missalis recentissima, de quibus minor est difficultas, & que, utpote satis remota à sacris actionibus, benedictione, ut sacro usui deserviant, nequitiam indigent: immo quando aliquod ex ipsis praestò in Ecclesia non esset, id ex profanis, sed congruentier mundis, mutuac accipi ad sacram Missa ministerium posset, & deinde usui priori sine scrupulo reddi.

Defectio purificatoriū iuri quis potest fudatio mundo, quando non adest purificatorium? Planè, dummodo postea non impendas illud usui profano; quamvis enim, ut suprà dictum est, purificatorium non debet esse benedictum, equidem nimis propinquè deservit sacro usui, quam ut possit postea ad usus profanos adhiberi.

Et hæc quidem satis de loco mobili, sive vase remoto, id est, altari, ejusque ornatum. Sequitur agendum de vase proximo. Queris quod sit illud? Vasa propinqua, inquit Scotus 4. dist. 13. q. 2. n. 14. sunt calix & patena. De his instituitur

CONCLUSIO XXII.

Ad licetè celebrandum requiritur calix & patena, quæ debent esse de auro, vel argento, vel ubi paupertas cogit, ad minus de stanno.

448. I Ta Doctor Subtilis loco statim citato & alii communiter. Prima pars constat ex perpetuo & universalis usu tam Ecclesiæ Græce, quam Latina. Et statuitur in Concilio Tridentini cap. 18. his verbis: Vasa in quibus Sacra conficiuntur mysteria, calices sunt & patene, de quibus Bonifacius Martyr & Episcopus interrogatus, si licet in vasculis lignicis Sacramenta consciere, respondit: Quondam Sacerdotes aurei lignicis calicibus utebantur: nunc è contrario Sacerdotes aureis utuntur calicibus. Zepherinus 16. Romanus Episcopus patenæ vitreis Missas celebrari constituit. Tum deinde Urbanus Papa omnina ministraria sacra fecit argentea. In hoc enim sicut & in reliquo cultibus magis & magis per incrementa temporum decus succedit Ecclesiærum. Nostri enim diebus, qui servit patris-familias sumus, ne decus Matru Ecclesiæ immunitur, sed magis cumulatur & amplificetur, statuimus, ut deinceps nullus Sacerdos

sacrum mysterium Corporis & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi in lignis vasculis ullo modo conficeret presumat: ne unde placari debet, inde irascitus Deus. Ita refert Gratianus de Confecrat. dist. 1. cap. Vasa 44.

Et ecce ingressi sumus secundam partem Conclusionis, cuius plenissima probatio habetur eadem dist. cap. V. Calix 45. ubi ex Concilio Rhemensie cap. 6. hoc modo decernitur: Ut calix Domini cum patena, si non ex auro, omnino ex argento fiat. Et infra: Si quis autem tam pauper est, saltem vel stannum calicem habeat. De ære, aut auricalco non fiat calix, quia ob vini virtutem evinem part, que vomitum provocat. Nullus autem in ligneo, aut vitro calice presumat Missam cantare.

Sed cur hoc? De vitro, inquit Scotus supra, rationale est, propter eius fragilitatem, ne Sanguis Domini pericolo exponiatur. De ligneo, propter imbibitionem humoris.

Solum obstare videtur huic doctrinæ consuetudo contraria, quam his verbis testatur Cardinalis Lugo disp. 20. n. 90. Sunt in Eccl. 450. ad communem usum Sacrificij plerique calices ex ære seu cupro inaurato, Italicæ Rame, Hispanicæ Cobre, & hic Romæ sunt innumeris, & plures patenæ: ex stanno autem nullus reperitur, quam præxim nescio quomodo nostri Recentiores non adverterint, qui quotidie in iis vasis sacrificabant.

Respondeo, non adverte propter inaurationem; quot enim non inveniuntur, qui ex bene inauratum nesciunt distinguere, seu discernere ex argento inaurato? Sane quam plurimi, & credo quod etiam ipsum Cardinalem nebulos quidam facile decepserint, qui solent adeo affabre annulos, & similia ærea inaurare, ut pro vero auro non raro ea vendant.

Existimo autem hujusmodi consuetudinem tolerari; quia inauratio impedit æruginem, propter quam, ut patet ex verbis Concilii, prohibetur calix fieri ex ære. Cumque Roma toleretur, ubi tamen exactissima deberet esse scientia & observatio hujus Constitutionis, quidni etiam alibi posset tolerari?

Nam in primis Concilia jam allegata Provincialia sunt, & per consequens non obligant universam Ecclesiam, nisi in quantum ab ea sunt recepta. Porro non esse universum recepta quod istud punctum, patet ex consuetudine Romana. Deinde dici posset Concilium debere intelligi de ære simpliciter, id est, non inaurato, cum legis ratio nihil aliud exigit. Quod autem communiter in his partibus calices & patenæ sint ex vero auro vel argento, fit ad maiorem splendorem augustinissimi illius Sacrificij, & aliquin ubi paupertas cogit, constat calices esse ex stanno.

Nec obstat Rubrica Missalis Romani reformati Tit. Ritus servandus &c. cap. 1. ibi: Deinde preparat calicem, qui debet esse vel aureus, ex Rub.

debent esse
de auro vel
argento,
Rhemensie,
vel ubi co-
git pauper-
tas de stan-
no,

451.
vitis inaurata
to,

761

Solvitur.

vel argenteus, aut saltem habere cupam argenteam in iussu inaurata, & simul cum patena itidem inaurata; non obstat, inquam, haec Rubrica, quia tantum est directiva in quantum plus aliquid videtur requirere, quam Decreta superius allegata.

Quod inde colligo; quia Tit. de Defectibus cap. 10. adhuc post reformationem Missalis sic legitur: *Si non adsit calix cum patena conveniens, cuius cupa debet esse aurea, vel argentea, vel stannea, non erat vel vitrea.* Ergo secundum illam Rubricam nullus est defectus in ministerio, si adsit calix cuius cupa est stannea, etiam non adhibita restrictione paupertatis, de qua ibi, ut patet, nulla fit mentio, quanto magis ubi cogit paupertas? Quare concessio Canonis, *Vt calix nequaquam videri debet revocata per Rubricas Missalis*, sed potius extensa.

Dices; saltem praxis & consuetudo, ab omnibus Ecclesiis, ut gravis recepta & usurpata, viderit illam concessionem revocasse. Respondeo, consuetudinem non confitit authenticę; siquidem non constat quod servetur ut necessaria & obligans, praesertim ubi cogit paupertas, qua raro tanta est, ut Ecclesia non possit sibi providere de calice habente cupam argenteam, & patena itidem argentea. Nam quod additur in illa Rubrica de inauratione, clarissimum est quod in pluribus locis non observetur.

Arque ut semel hoc notemus, meo iudicio valde infirmum hodie ducitur argumentum à consuetudine ad probandum strictam obligationem, eò quod vix contingat consuetudinem frequentari animo legis inducenda, quod tamen plerique Doctores existimant necessarium. Hinc non raro contingit, ut aliqui sunt oblieti, seu potius obliiti hujus communis doctrinæ, & preventi aliquā opinione, illicē recurrent ad consuetudinem tamquam obligantem, cum alioquin facile responderent, eam non obligare. Eodem modo quo agunt cum Declarationibus Cardinalium, ubi enim favent suā opinionē, ambabus manibus eas amplectuntur; dum autem contrariantur, unico verbo absolvunt dicentes: *Non sunt authenticæ.*

Et quamvis ad estimandam materie gravitatem, plurimum attendi debeat consensus Doctorum; non sic equidem ad inducendam legem, cum penes Principem, & non penes Doctores residat potestas legislativa. Doctorum ergo est explicare leges quas constat esse latas à superiori potestate; non vero novas leges condere.

Hinc persisto in priori resolutione, & dico, Rubricam illam Missalis, quæ requirit calicem habentem cupam auream, vel argenteam in iussu inaurata, & patenam itidem inaurata, nullā facta mentione calicis stannei, esse solum directivam, in quantum plus requirit, quam Canones superius allegati: ut proinde liceat

453.
Responso
ad contra-
riam pra-
xim,

que non
obligantif
animo obli-
gandi sit
indecta.

sine scrupulo, etiam peccati venialis, celebrare in calice stanneo, potissimum ubi cogit paupertas, sicuti hodie sine ullo scrupulo etiam timorati celebrant in calice argenteo, in iure minime inaurato, & similiter cum patena argentea non inaurata.

Enimvero Missale reformatum, ut bene nota Dicastillo disp. 4. n. 171. eo ipso quod *Digesta*, non tollit aliquid ex Rubricis antiquis, approbat illas, & censentur tamquam propriae novi Missalis. Cum igitur Rubricam illam cap. 10, reliquerit intactam (tametsi aliis abstulerit, vel mutaverit) censetur illam, permittentem stannum, tamquam propriam vulgasse; aque antequam adeo pro iure tam novo habenda est, ac alijs. Unde in illa Rubrica prima explicati potest, quod loquatur de eo quod plerumque jam sit, & de eo quod fieri procurandum est, tamquam magis decens, & convenientis splendori tanti Sacrificii: non vero de eo quod est simpliciter necessarium.

Ceterum ex illa Rubrica constat pedem alicis posse esse ex quacumque materia, arce, plumbō &c. dummodo cupa sit ex materia prædicta, auro, argento, stanno vel ære inratio, ubi moris est.

Numquid etiam ex gemma pretiosa? Respondet Tambutinus lib. 1. cap. 1. §. 1. n. 3. *Si sit æquè atque aurum, vel argentum pretiosa, non repugno.* Rubrica enim, Canonem que concedentes aureum, vel argenteum calcem, concedunt implicitè æquè pretiolum id est, gemmeum, modò tamen gemma sit ejusmodi, ut non sit periculum quod effingatur, vel quod imbibat sacras vini species.

Concinit traditio Ecclesia Valentine, ubi magna veneratione ostenditur (teste Gavan. Gav. in R. Miss. part. 2. tit. 1. lit. F. ex Carthagena de Eucharistia Homiliā 26.) pretiosus calix ex lapide Agatha seu Smaragdo, quo tradunt usum fuisse Christum Dominum in ultima Coena, licet non negem Bedam c. 2. *Per fidem de locis sacris affirmasse fuisse argenteum. Ita Tambutinus.*

Sed amabo; si Christus Dominus in ultima Cœna usus fuisset calice vitro; nam ideo non eodem, aut simili uti liceret? Quid si inventiretur lignum tam pretiosum, immo pretiosius quam aurum vel argentum, & non sit periculum quod effingatur, vel quod imbibat sacras vini species, nam calice ex tali ligno uti liceret? Cùmque, ut vidimus, iura concedant calicem stanneum, cur gemma debet esse æquè pretiosa, atque aurum, vel argentum? Interim existimo iura ista nihil diffisi de materiis illis extraordinariis, adeoque illis licere uti, praesertim cessante periculo effractionis aut imbibitionis.

Si autem queritur, quale sit peccatum celebrare in calice ligneo, vitro, vel ex alijs materiali, minùs idonea. Respondeo cum com-

454.
Sine pecca-
to eriam
veniali ita
celebra-
tur in calice
stanneo.

Sect. 5. De solemn. Missæ Sacrificii cerem. Concl. 23. 559

&c et mortale.

Sextum.

An pena irregularitatis incurritur?

muni Doctorum esse peccatum mortale, quia materia gravis. An vero propter illud irregularitas incurritur, Dubium est, inquit Scotus

supra n. 17. in fine, quia pena illa depositionis, que habetur extra de Celeb. Miss. cap. ultimo insigatur propter multa, scilicet quia non utetur calice debito, nec aqua, nec igne. Et ita dubium est, si propter quodcumque istorum separatum debeat insigere depositio, quia ibi omnia concordabant.

Exscribo verba textus, ut citius omnem du-
biū evanescat. Litteras tuas (scribit Hono-
rius III. Episcopo Brixieni) recepiimus, conti-
nentes quod super exceſſibus Presbyteri Ecclesie san-
cta Brigida inquirenter confessi eſt, quod cūm qua-
dam die boſham & calicem non haberet, in pane
fermentatio & ſcypho ligneo Missarum solemnitas cele-
brare prelumpſit. Et inſtā: Intellecto iterum quod
predicata Ecclesia per malitiam diaboli Presbyteri mu-
ltipliciter leadebatur, inquisitionis officium sterans,
ex eius confeſſione invenisti, quod idem sine igne sacri-
ficabat & aqua. Cum igitur vel ex aperta maliitia,
vel nimia deficiencia peccasse probatur: Mandamus
quatenus officio, & beneficio perpetuo ipsum pri-
verem.

Ubi vides primò, hanc non esse penam
universalem, sed illi peculiari Presbytero in-
fligam. Secundò, etio ejusmodi pena exten-
di debeat ad omnes (ut sepius practicant Do-
ctores in similibus Pontificum decisionibus)
certe ad omnes pariter delinquentes.

Sed qui illi? Utiqui qui celebrant in pane
fermentato (quod non licet in Ecclesia occi-
dentali) in ſcypho ligneo, sine igne, id est,
sine candelis accensis, & sine aqua, quam vi-
no conſermando oportet commiſſere. Ergo
male extenditur hæc pena ad illum qui ſepa-
ratim celebat in ſcypho ligneo, aut ſepa-
ratim in calice aureo, vel argenteo non confeſ-
trato.

Contrarium docet Bonacina de Eucharistia
disp. 4. q. ultimā punc̄. 9. na. 17. dicens:
Contra eum, qui uitit calice ligneo, aut cal-
lice non confeſtrato, conſtituta est pena de-
positionis ab officio & beneficio cap. ultimo
de Celeb. Miss & Suarez disp. 81. leq. 7. §.
Alia autem forma, ubi ſic ait: Et ideo in capite
ultimo de Celeb. Miss. deponit Sacerdos, qui
ſine facio calice conſeraverit.

Supponitur quidem ſcyphus ligneus non
confeſtratus: verū tamen quis non videt pe-
tus esse celebrare in ſcypho ligneo non confeſ-
trato, quam in calice aureo non confeſtrato?
In priori enim caſu duplex commititur pe-
catum, unum defectu materiae calicis, secundum
defectu conſecrationis; in posteriori autem
tantum unicum defectu ſcilicet conſecrationis.
Cum igitur paria peccata non ſint, cur pari po-
na puniantur?

Hoc ergo firmissime tene: Propter pecca-
tum, quod comittitur in hac materia præ-
cisè defectu calicis idonei, non incurritur

CONCLUSIO XXIII.

Calicem (& eadem ratio eſt pate-
nx) in quod legitime valeas ce-
lebrare, oportet eſſe confeſtratum ab Episcopo, vel alio, cui
a Pontifice fuerit hoc privile-
gium conſellum.

Est communis, & ſatis ſuperque probatur
Ex uſu, cuius meminit Innocentius III. cap. unico de Sacra Unctione §. ultimo ibi:
Vnguit præterea ſecundum Ecclesiasticum, morem
cum confeſtrata altare cum dedicatur templum, cum
benedicatur calix, non ſolum ex mandato legi divi-
ne (id eſt, ex auctoritate Dei) verum etiam exem-
ple Beati Sylvestri, qui cum confeſtrabat altare, illud
Chrismate perungebat. Precepit enī Dominus Meſſi,
ut faceret oleum unctionis, de quo angerei: testimonij
tabernaculum, & arcam testamenti, mensamq;
cum yasis.

Communiter Etiam citatur caput ultimum
de Celeb. Miss. in quo reprehenditur Sacer-
dos, qui confeſtrat in ſcypho ligneo, quem
ſupponunt Doctores non fuſſe confeſtratum.
Equidem contrarium potuit eſſe verum,
cum olim etiam calices lignei, ſolent confeſ-
trari; quamquam verofimilis fit illum, de
quo loquitur ibi Pontifex, fuſſe ſcypnum com-
munitum. Interim in illo textu nulla fit ex-
preſa mentio confeſtrationis, & ideo minus
bene, meo iudicio, ex illo textu probatur ne-
ceſſitas confeſtrationis, cum, tamen, iſte ſcyphus
fuſſet confeſtratus, adhuc merito celebraſio in
illo fuſſet à Pontifice reprobata.

De cetero in pluribus Canonibus ſupponi-
tur hæc confeſtratio neceſſaria, ſcilicet in his
omnibus, in quibus vasa Sacrificii vocantur
sancta & ſacra, & idcirco prohibentur confeſ-
trari ab aliis, quam ab ſacratis, Dominoque di-
catis hominibus cap. In ſancta 41. de Con-
ſecrat. dist. 1. cap. ſacratas 25. dist. 23. cap. Non
oportet 26. & 30. cap. Non ſicut 31. & 32. eadem dist.

Et vero ſi requiriſtur benedictio veftium ſa-
cerdotialium; ut inſtrā ostendemus; ſimiliter
benedictio Corporalium, ut ſuperius ostendi-
mus; quidni etiam requiriſtur benedictio calicis
& patenæ? Dignum & iustum eſt.

Nec ſufficit ſimplex benedictio, ſed neceſſa-
rio intervenit unitio Chrismatis, ut patet ex
Pontificali Romano Tit. de Patenæ & Calicis
Chrismate

B b b confi-